

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Henr. Ioh. Nepom. Crantz S.C.A. Maiestat. Consiliar.
Institut. Med. Et Mater. Medic. Vindob. Profes. Pub. Ord.
Acad. Imp. Nat. Curios. Et Societ. Botan. Flor. Sodal.
Materiæ Medicæ Et Chirurgicæ ...**

Crantz, Heinrich Johann Nepomuk

[Wien], 1765

[Einleitung.]

urn:nbn:de:gbv:45:1-10196



MATERIÆ
CHIRURGICÆ
PRIMA CLASSIS.
REPERCUTIENTIA.



Exterioris applicata Remedia, humores
vel in vasis contentos, vel extra vasā ef-
fusos repellentia etiam ulteriore in im-
pellendorum decubitu in parte ad-
aucta solidorum in fluida actione, IMPEDIENTIA, REPER-
CUTIENTIA proprie dicuntur, licet quæ posterius
efficiant, DEFENSIVA Chirurgis strictius vocentur.

INDICANTUR. I. In periodico in partem blan-
dorum humorum decubitu, prophylaxios scopo. Sie
gelu vitiatis partibus maturius nix applicatur: Conti-
nuus in oculos humorum affluxus ut impediatur, oculi
aqua singulis diebus prudenter foventur, ALARY
*dans la question proposée de l' Acad. Royale de Chirur-
gie pour le prix de 1740. determiner les différentes
espèces des Remedes répercussifs &c.*

II. In



II. In doloribus, extensionibus aponeuroseos, ligamentorum, nervorum, tendinum distensionibus. Dolor dentium frigida quandoque tollitur, frigida saepe distortum membrum restituitur *I D E M*.

III. In aneurismate vero, varice, applicata glacies saepe auxilio fuit.

IV. In prolapso ani, uteri, post reductionem.

V. In vulneribus recentibus, ut inflammatio, fluxio, tumor, prævertantur; quam in rem ipsa continui solutio aqua aluminosa saepe irroratur, etiam vicinæ partes repercutientibus muniuntur, *I D E M*.

VI. In inflammationibus recentibus, ut in phlegmone, apostemate, ophthalmia, odontalgia, angina, carbunculis, ambustione, *Cl. KULBEL.* in eiusdem *Quæstionis propositae Resolutione.*

VII. In suppurationibus cancri, ægylopis, hæmorrhoidum cæcarum impediendis, *I D E M*. Suppuratio tamen in cancro externo, cicuta tentato, impedienda non est, quæ in interno cavenda.

VIII. In nimio humorum effluxu, ut in hæmorrhagiis, ulceribus continuo plorantibus.

CONTRAINDICANTUR vero *I.* In humorum acrum, malignorum decubitu, in tumore, vulnere, ulcere malignis, in carbone, bubone, tam pestilentiali quam venereo, scabie, erysipelate, podagra, intertrigine.

II. In decubitu critico.

III. In



III. In plethoricis, cacochymicis.

IV. In rheumaticis, arthriticis, podagricis doloribus, tum aliis vehementioribus QUESNAY. de la suppuration.

V. In omni inflammatione obfirmata ut etiam in idiopathica; si aliquid præcedentium vetat, KULBEL. in inflammatione maligna, QUESNAY, tum glandulosa, IDEM.

VI. In evacuatione nimia sanguinis, naturali, vel naturæ solemni, ALARY.

Sunt vero repercutientia ex multiplici, ratione qualitatis, materie deponpta, hæc refrigerando, illa adstringendo, tum & nonnulla anodyno effectu, repellunt, unde classis horum triplex.

I. REFRIGERANTIA.

EX REGNO AQUEO.

Aqua simplex frigida.

Nix,

Glacies.

EX REGNO VEGETABILI.

Acetosa.

Alfine.

Ana-